gaudio magno. exsurgens perrexit ad seruum di-
in locum ubi beatus iohannes confessor xpi dnm
deprecabatur; et dum uidissent se inuicem prae
gaudio lacrimas fuderunt ad dnm. et requisi
uit eum beatus iohannes eps. et retulit illi ser
iohannes omnia quae supra scripta sunt; Tunc
omnes qui aderant egerunt gratias do. dni au
tem misericordia collecta multitudo populi
edificauerunt ibi monasterium. et habitauit
ibi cunctis diebus uitae suae. et sedit in eodem
loco annis quadraginta quattuor. et requieuit
in pace. et depositus est sub die quarto decimo ka
lendarum aprelis. cum ymnis et canticis; ubi prs
tantur beneficia di usq; in hodiernum diem; ceci
ibidem inluminantur. demonia effugantur. le
prosi mundantur. et fiunt ibi diuina benefi
cia usq; in praesentem diem. praestante dno
nostro ihu xpo. qui uiuit et regnat. cum patre
et cum spu sco in saecula saeculorum amen.

EXP PAS SCI IOHANNIS PENARIENS

# INCIPIT PASSIO SCI TORPETIS MART MENS APRI DIE XXVIII.

X IN ILLO TEMPORE SUB NERONE
imperatore qui omnem prouintiam impera
uerat. et in honorem sui nominis partib.
tusciae ciuitatem pisanam restaurauerat et
ornatum praetorii uel tessellarum palatium
adornauerat. qui dum per multos dies impe
rium protraheret. recogitans cum suis in
quibus locis templum edificarent. ubi cotidie
deos adorarent. et inuenientes locum in in
gressu portae latinae ciuitatis pisanae. in capite
pontis fluminis ausari. et ibidem in omni pul
chritudine ex marmore incisas uel singulatas
tabulas templum adornauit. et iussit artifi
cibus ut ex auro mundo uel margaritis statuā
dianae facerent quā singulis diebus adorarent.
Tunc facta est statua dianae mirae magnitudinis

uultu et oculis quasi uiuens. et sic eam nero impe
rator cum magna ueneratione et multitudine
paganorum in uultu templi iussit configi. et in
eadem die cum magna laetitia epulantes tēplū
dedicauerunt. et singulis dieb. sacerdotes eorū
erant non cessantes officia seruientes. et dum
magna initia temporum essent. recogitans impe
rator cum suis dixit. Credo quia possim et ego celū
aereum facere in similitudinem caeli quod ortus
super nos. et nullus inuentus est qui praepediret
sermoni eius. Tunc fecit caelum aereum quod
sustinebant columnae marmoreae numero nona
ginta. quod caelum iussit minutis foraminib.
pertundi. et altitudo caeli pedes centum. et ef
fusa a ministris aqua. quasi pluuia cadens in
terram. Et coepit narzius loci seruator clare
dicere. Cognoscant omnes quia uerum et inestima
bile est nomen dianae. ad cuius honorem nero
imperator istas uirtutes ostendit. et sic ma
ne iussit lampadem fieri in saltu ram solis et
per caelum trahi ut luceret ad populum qui erat
sub caelo. et ueniens ad occasum extinguebatur.
et iterum sero hora undecima. fecerunt simile
speculum cum magnis gemmis refulgens cla
rum nimis in saltura lunae. et ante horam
constitutam cecidit. ut nec ipsa fragmenta
inuenta sunt. sic nocte iussit quadrigam per
caelum trahi quasi tonanti. Tunc misit dns uen
tum ualidum super eos. et quadrigam in fluuiū
ausari transiecit. et nusquam conparuit.
Alia die imperator sedens pro tribunali. nesci
ens quod factum fuerat. dixit ad populum.
Cognoscant omnes quia magna est diana ma
ter deorum. per quem et ego istas uirtutes
ostendo. Tunc inter eos exiens uir magnus.
nomine torpes. qui et ipse de officio eius se pro
traxerat. repletus spu sco dixit. quid dicis im
perator. melius est qui unum dm adorat.
qui fecit caelum et terram mare et omnia quae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0173